



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

120. An per Fiscum, & Inquisitores possint publicari bona Maioratus, & fideicommissi Hæreticorum? Et an durante vita possessoris commoditates fructuum pertineant ad Fiscum, vel ad sequentes vocatos? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

RESOL. CXVIII.

An Inquisitores possint punire filios hereticorum beneficiis obientis ante illorum hæresim?
Et an pœna supradictæ in superioribus Resolutionibus habeant locum etiam in filiis illegitimis, spurciis, vel adoptivis? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 76.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Tabiena ver. heret. n. 6. Guttierrez in qq. canon. lib. 2. cap. ult. n. 38. & Castaldus tract. de Imper. q. 118. n. 13. Graffius in decis. lib. 2. cap. 11. num. 11. Geminianus in cap. ut commissi. §. privandi. de heret. in 6. n. 4. & ibi Domin. n. 4. Io. Monachus ante n. 1. Francus in cap. felicit. n. 6. de panis in 6. Flamin. de resignat. benef. lib. 3. q. 1. n. 34. Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 10. n. 2. Garzias de benef. tom. 1. part. 11. cap. 10. n. 72. & seq. Decianus in tract. crim. lib. 5. c. 20. n. 5. & cap. 45. n. 6. Gundissalvus de heret. q. 23. n. 2. & alij penes ipsos. Vnde Inquisitores proferunt sententiam condemnantem hæreticos, & eorum filios, & efficientem eos inhabiles ad habendum, tenendum, & possidendum dignitates, beneficia, & officia, tam Ecclesiastica quàm secularia, quæ verba, ut patet, aptè quidem comprehendunt tam beneficia obtinenda, quam obienta.

2. Verùm contraria sententia est communis nempe Clericos privari, ob hæresim parentum ipso iure beneficiis obientis, postquam eorum parentes in hæresim incidierunt, non autem beneficiis acquisitis ante illorum hæresim; & ita tenet Zecchius in sum. tom. 1. tit. de fide, cap. 11. n. 16. Paramus de orig. Inquis. lib. 3. q. 8. n. 203. & seq. Toletus lib. 1. cap. 63. num. 4. Ledelma in summa tom. 2. tract. 1. cap. 6. concl. 17. diff. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. q. 8. Suarez de fide disp. 24. sect. 3. num. 5. Clarus lib. 5. §. heresis, n. 6. Otolora de nobil. p. 4. cap. 9. n. 9. Hojeda de incompatib. benef. cap. 13. n. 100. Simanca in cathol. instr. tit. 29. n. 20. & in encubr. tit. 63. num. 9. Sordus conf. 385. n. 5. & ita determinasse Clem. VIII. consultis Cardinalibus S. Officij testatur Anton. Ricciulli. de iure personarum, lib. 5. c. 19. in fine. Et ratio est, quia nullo iure habetur eos privari beneficiis obientis ante parentum hæresim: ergo hæc pœna sine textu expresso non est imponenda.

3. Ad sententiam verò, quam ferunt Inquisitores, respondeo illos in condemnandis hæreticis uti ea formula ordinaria, in qua nihil certi de hoc est statutum, nec voluerunt definire. Vnde remanet discutienda disputatio à Theologis & Iurisperitis.

4. Vide etiam circa præsentem questionem Ioan. Rojas singul. 24. & singul. 66. n. 3. Rebuffum in praxi de modis amittenda beneficia, n. 25. Repertor. Inquisit. ver. filij ver. nunc queritur. Majolum de irregul. lib. 5. c. 47. n. 6. Azevedum in recapit. lib. 8. tit. 3. leg. 1. n. 204. Covarr. lib. 2. var. cap. 8. n. 4. Pegnam in direct. part. 4. comment. 163.

5. Notandum est etiam hic obiter quodd non exigitur sententia condemnans parentes hæreticos, ut filij ac nepotes incurrant pœnas irregularitatis & inhabilitatis ad beneficia, sed satis est, si vel per evidentiam facti, vel per propriam confessionem parentum in iudicio constet parentes fuisse hæreticos, vel fautores, defensores, aut receptores hæreticorum. Et ita docet Sanctarell. de heresi cap. 34. dub. 2. n. 13. Suarez de cens. disp. 43. sect. 3. n. 2. Saytus de cens. lib. 6. cap. 10. numer. 40. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. cap. 27. n. 28. & alij.

6. Nota etiam quodd pœna supradictæ in superioribus resolutionibus habent locum etiam in filiis illegitimis & spurciis, ut docet Sordus conf. 386. n. 6. Io. Andreas in cap. statutum, de heret. in 6. n. 4. Ancharam. Tom. V.

n. 2. Francus n. 4. Geminianus n. 4. Snar. loc. cit. n. 11. Menochius de presumpt. lib. 5. presumpt. 33. num. 11. Graffius in decis. lib. 2. cap. 11. n. 19. & Ricciullus de iure personar. &c. lib. 5. cap. 30. ubi disputat quid dicendum de filiis adoptivis.

RESOL. CXIX.

An Inquisitores teneantur dare filiis hæreticorum ex bonis confiscatis dotes, vel alia alimenta? Ex part. 4. tr. 8. Ref. 45.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam tenet Torreblan. de Sup. hoc in magia lib. 3. c. 11. n. 46. & 47. Sord. conf. 386. n. 8. Plotus inter consilia criminalia, Ziletti lib. 1. consil. 130. n. 83. Socinus lib. 1. consil. 30. n. 3. & alij.

2. Verùm negativam opinionem docet Gabriel Quemada in qq. fiscalib. q. 24. n. 12. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 16. n. 26. ubi sic ait: Quando ob hæresim publicantur bona alicujus, non tenetur fiscus filios alere, sed omnia prorsus parentum bona publicantur, nullis alimentis reservatis, quod quidem ob hujus criminis atrocitatem iustissime fit. Nam etsi parentes adstringantur iure naturali ad filios alendos, non ob id impeditur quin illis integrum sit bona omnia hypothecæ alicui subijcere per contractum, ac sæpè à creditoribus omnia usurpantur, non deductis filiorum alimentis: ergo à fortiori id poterunt per delictum, prior enim obligatio ex propria parentum voluntate oritur, posterior verò ex legis præcepto, ob bonum commune, ut tam atrocis supplicij timore arceantur parentes ab hoc delicto patrandò. Ita Sanchez, & ante illum Doctores, quos ad facietatem adducit Antonius Ricciullus tr. de iure personar. lib. 5. cap. 40. n. 1. qui optimè hanc questionem pertractat, adi illum & non pigebit.

3. Non reticeam tamen hic adnotare, quod in nostra Hispania circa hoc observatur id, quod præcipitur in Instruct. Hispal. quam affert Gabriel Quemada in qq. fiscalib. q. 24. n. 11. ubi sic habetur: [Si de los hereges quedaren algunos hijos o hijas de menor edad, que no sean casados los Inquisidores provean y den orden que los dichos huérfanos sean engomendados à personas honestas, y Christianos viejos Catholicos, & à personas Religiosas que los crien y sostengan.] Sic ibi. Vnde Pegna in direct. Inquis. part. 2. comment. 9. ita asserit, Inquisitores pueris, & puellis hæreticorum damnatorum providebunt ex misericordia, ita ut rationem habeant sexus, & ætatis, nam masculos jam corpore validos alicui arti mechanice jubeant adduci; feminas aliquibus honestis matronis assignabunt, ut eis famulentur, & ab eis in fide instruantur, cæteris quibus per ætatem, aut incommodam valedudinem laborare non licet, tenuia alimenta ex paternis bonis ex sola misericordia subministrabunt. Ita Pegna, & ante illum Simanca in Cathol. instr. tit. 29. num. 12.

RESOL. CXX.

An per fscum, & Inquisitores possint publicari bona Majoratus, & fideicommissi hæreticorum?
Et an durante vita possessoris, commoditates fructuum pertineant ad fscum, vel ad sequentes vocatos?
Et an veniat in confiscatione Majoratus, quando illius Inquisitor deliquit? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 60.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 13. & Simanca in cathol. instr. tit. 13. a num. 152. usque ad num. 273. Verùm adversus illos contrariam opinionem novissime docet Q9 2 Ferdinandus

Ferdinandus à Castro in oper. mor. tom. 1. tract. 4. §. 5. punct. 6. num. 8. Cui ego addo Antonium Sanctarellum de heresi cap. 18. dub. 2. n. 8. Antonium Ricciolum de iure personarum lib. 5. cap. 32. n. 65. & seq. & Suarez de fide disp. 22. sect. 5. n. 12.

2. Dico igitur primum quod in crimine heresis non confiscatur Majoratus, quando institutus est non solum ex propriis bonis, sed etiam ex bonis à Rege donatis, dummodo in facultate Regia, qua fuit Majoratus institutus, non caveatur, ut transeat ad fiscum.

3. Dico secundò quod bona fideicommissio subiecta, vel alienari prohibita, non cadunt sub confiscatione casu quo testator prohibuerit alienationem in favorem alterius à delinquente, & quando alienatio perpetua est, non pro vita tantum delinquentis, nisi testator alienationem etiam pro vita delinquentis prohibuerit. Verum licet hæc omnia sint vera, notandum est tamen quod hæreticus delinquens potest fideicommissum retinere quousque per sententiam declaratur. Ita Vasquez in 1. 2. disp. 169. cap. 4. & Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 30. Sed circa præsentem questionem præter Doctores citatos vide Molinam Iuriconsultum & Theologum, hunc de iustit. tom. 3. disp. 657. num. 3. illum de primogen. lib. 3. cap. ult. num. 31. Migres de Majorat. part. 4. quest. 23. n. & seq.

4. Non desinam etiam hic adnotare quod aliqui asserunt, durante vita possessoris commoditates fructuum pertinere ad fiscum, etiam quando est expressa prohibitio alienandis; & ita docet Molina de iust. tom. 2. disp. 470. alter Molina de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 9. Sayrus in Clavi Regia lib. 9. cap. 7. num. 7. & alij.

5. Verum mihi placet contraria sententia, videlicet dictos fructus pertinere ad sequentes vocatos; & ratio est, quia commoditas illorum fructuum, quæ ex talibus bonis percipitur, est annexa dominio bonorum illorum; ergo sicut dominium ob delictum possessoris non transit ad fiscum, sed ad vocatos hæredes, ita nec etiam ad fiscum, sed ad vocatos fructus pertinebunt. Et ita tenet Decius vol. 3. consil. 442. num. 27. & 28. Ruinus vol. 2. consil. 193. num. 4. Alciatus vol. 3. consil. 67. num. 1. Pancirolo vol. 1. consil. 181. Natta consil. 28. num. 19. & patet ex l. Imperator ff. de fideicommiss. lib. 1. Sed hæc opinio omnino est sequenda, quando testator, vel institutor utitur his, vel similibus verbis, ut eo ipso delinquens amittat bona cum omnibus suis commoditatibus. Nam tunc non ad fiscum, ut diximus, sed ad hæredes vocatos pertinebunt, ut optimè observant Rolandus à Valle vol. 1. consil. 96. n. 11. Menochius vol. 1. consil. 91. num. 6. Tobias Nonius vol. 1. consil. 97. num. 2. Sfortius Oddo vol. 1. consil. 53. n. 7. Hieronymus Gabriel vol. 1. consil. 123. n. 12. & alij.

6. Et tandem si aliquis querat, an veniat in confiscatione majoratus, quando illius Institutor deliquit, remitto illum ad Molinam Iuristam de primogen. lib. 4. c. ult. & ad Molinam Theologum de iust. tom. 3. disp. 659. Sanchez lib. 2. cap. 18. & alios penes ipsos.

RESOL. CXXI.

An possint à fisco, vel Inquisitoribus ob delictum heresis publicari bona Castrensia filiorum, & quid de aliis bonis?

Idem dicendum est de bonis profectitiis?

Et notatur, quod si post heresim filius acquirat bona adventitia, usufructus illorum non pertinebit ad Patrem, sed ad fiscum, sicut pertinebit proprietates. Ex part. 4. tr. 8. Ref. 61.

§. 1. Affirmative respondet Ferdinandus de Castro in oper. mor. tom. 1. tract. 4. disp. 5. punct. 10. n. 23. Vasquez in 1. 2. disp. 169. cap. 1. num. 9. Azorius tom. 1. lib. 5. c. 7. §. 8. Suarez de fide disp. 22. sect. 5. n. 9. Si manca in cathol. instit. tit. 9. n. 13. & alij penes ipsos, quia filius familias habet liberam potestatem super bona Castrensia: ergo transibunt per delictum heresis ad fiscum, hæc opinio est probabilis.

2. Sed contrariam non minus probabilem esse existimo, quam teneat DD. quos citat & sequitur Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 15. n. 4. quibus ego addo Anton. Sanctarellum de heresi cap. 18. dub. 1. num. 1. & patet ex l. si filius, C. de bonis damn. Dico igitur quod quando publicantur bona filij ob crimen heresis, non publicatur peculium castrense, nec quasi castrense, sed tribuitur patri, & ad argumentum contrarie sententiae responderi potest negando consequentiam, ut optime probat Sanctarell. ubi supra, quem tu omnino vidbis.

3. Unde à fortiori idem dicendum est de bonis profectitiis, ut docet Covarruvias l. 2. var. 8. n. 7. Gomez lib. 2. var. 2. §. 5. n. 16. & alij: non enim veniunt in confiscationem ob filifamilias delictum, sunt enim bona patris, tam quoad proprietatem, quam quoad usufructum, ut patet ex l. si plures, §. 6. in arguendo, ff. de vulgar. & pupillar.

4. Verum circa bona adventitia aliqui asserunt, publicari ob delictum heresis, reservato tamen patri usufructu, licet aliqui asserant quod in tali casu non solum proprietates bonorum adventitiorum publicentur, sed etiam publicetur usufructus patri debitus, & ita tenet Simanca in cathol. instit. tit. 9. n. 18. Azorius lib. 6. c. 7. §. 8. & lib. 8. c. 1. §. 15. & alij, quia filius ob crimen heresis non est amplius sub patria potestate, sed usufructus in bonis adventitiis filiorum pertinet ad patres, ob potestatem, quam in illos habentur patres in l. ex causa §. 8. Papinianus, ff. de minorib. ergo confiscata proprietate, confiscabitur usufructus, consolidabiturque cum illa. At hanc sententiam impugnat Anton. Sanctarellus de heresi cap. 18. dub. 1. n. 5. Sayrus in Clavi Regia lib. 9. cap. 7. n. 7. Ferdinandus de Castro ubi sup. in opere mor. tom. 1. tract. 4. disp. 5. punct. 10. n. 23. quia factum filij præjudicare non potest juri patris acquiritio. Vide etiam Molinam disp. 140. & 129. Azvedum in rect. pil. lib. 8. tit. 3. leg. 1. n. 121. Octavianum Cachetium de off. Pedemont. 94. n. 9. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 15. n. 11. & alios. Notat tamen & optime Sanctarellus ubi supra, quod si post heresim filius acquirat bona adventitia, usufructus illorum non pertinebit ad patrem, sed ad fiscum, sicut pertinebit proprietates; & ratio est, quia illa bona acquiruntur filio constituto extra potestatem patris, ergo, &c.

RESOL. CXXII.

An fisco, vel Inquisitores possint publicare etiam bona paraphernalia uxoris, si scienter contraxit cum heretico? Et quid est dicendum de aliis bonis extra dotem? Et an vir Catholicus contrahens scienter matrimonium cum femina heretica, amittat sua bona? Et ex doctrina hujus questionis casum inferius feminas rapientes viros non incurrere penas quas incurrunt viri rapientes feminas, & feminas occidentes viros suos non incurrere penas eas quas incurrunt viri occidentes uxores suas. Ex p. 4. tr. 8. Ref. 62.

§. 1. Certum est quod si femina contrahat matrimonium cum heretico, sciens illum esse hæreticum, tunc in penam delicti ejus dos confiscatur, ut patet in c. decrevit, de heret. in 6. Difficilis est dicendum de aliis bonis extra dotem? Affirmative respondet Ferdinand. de Castro in oper. mor. tom. 1. tract. 4. disp. 169.